



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 24. Venetorum consilia adversus Cameracense foedus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

§. XXIV.

Sæcul. XVI.
A.C. 1509.*Venetorum consilia adversus Came-
racense foedus.*

Ann. 1509.

Cum Veneti summo Pontifici Faventiam, atque Ariminum urbes repentanti morem gerere detrectarent, Julius die vigesima secunda Martii Anno Salutis millesimo quingentesimo nono bellum decernere, ac foedus firmare compellebatur, quod idem Taurini die duodecima Maji præstitit Sabaudia Dux. Postquam igitur huic armorum societati ultima manus admota esset, illam omnibus viribus exequi, foederati Principes adlaborabant: Veneti autem, cum ampla horum consilia brevi in vanum casura frustra sperarent, nunc atrocissimi jamjamque impendentis belli periculo vehementer perculsi, ad Papam oratores, qui conditiones antea a se rejectas rursus offerrent, ablegant, nullumque non lapidem movent, ut Cæsarem, atque Arragonum Regem a foedere amoverent. Verum incassum omnia; Papa enim, Cæsar, atque Arragonia Rex una omnes diversis quisque rationibus permoti, ad quævis Venetorum consilia surdas præbebant aures, nec optatus allusit successus fervidis eorum precibus, quibus externos Principes sibi devincire studebant,

Justiniani
lib II.*Guicc. hist.*
lib. 8.

Sæcul. XVI bant; hi enim illos nonnisi inanibus ar-
A.C. 1509. tibus, vanisque pollicitationibus lætabant;
 quippe Angliæ Rex inani eos verborum,
 officique simulatione distinebat, longe
 tamen abfuit a promissorum facilitate o-
 peris constantia, nec feliciter acta est
 specialis illa legatio, quam Ludovicus Ray-
 mundus ad Turcarum Imperatorem
 missus obibat. Nullum igitur aliud re-
 stabat Venetis præsidium, quam armo-
 rum suorum potentia, opumque abun-
 dantia.

§. XXV.

Copiæ a Venetis conscriptæ.

*Mecenigo
 belli Came-
 raci lib. 2.
 Bembo lib. 7.
 Justiniani
 lib. II.*

Promiserant equidem Ursini atque Sa-
 bellii Venetorum Reipublicæ, quod
 quingentos Cataphractos, peditumque
 tria millia in ejus opem suppeditare vel-
 lent, quinimo pro militum stipendiis jam-
 jam quindecim aureorum millia accepe-
 rant. Verum hi Principes ab inito hoc
 foedere recesserunt, atque quorundam o-
 pinione, ne numeratas pecunias Vene-
 tis reddere cogerentur, a summo Pontifi-
 ce obtinuerunt. His tamen Veneti mi-
 nime terri, delectu habito peditum qua-
 draginta millia unacum haud exiguo le-
 vioris armaturæ equitum numero, plus-
 quam tria Cataphractorum millia colle-
 gerunt, quibus Petilianum Comitem
 præ-